## CASPAR BARLÆUS
in Poemat. suis

### DE AMSTELODAMO

Urbs spaciosa, potens opibus, tectisque superba,
  Viribus invidiam, crimina lege domat.
Civibus aucta novis nunquam stat finibus iisdem,
  Latius expansis ~~civibus~~ moenibus ipsa abit.
Invertas, fit tota nemus, quo condita fundo est,
  Nuper Hyperborea pinus in orbe fuit.
quicquid mortalis fingit solertia curæ,
  vel natura suo parturit alma sinu,
illa dabit, totoque parans commercia mundo
  Nunc emere & vendere totaque simul amat.
Has adfert, eas trudit opes, sic lucra parantur.
  quid valeat fraus, sors, ars, mare, terra, docet.
Moscus, Arabs, Persa, Maurus, Indus, utrumque
  quod ferat Eur., rursusque auferat, inde redibit.
Hanc dum mundus adit, mundumque haec ipsa pererrat
  Non urbs fixa loco, sed vagus orbis erit.